ut patet falsæ. ¶ Præterea cũ exacte circa sensibile operamur: Quinto
non dicimus hoc nobis hoiem uideri ac apparere. Sed poti-
us cum nõ clare sentimus: quando etiam fit ut sit uerus sen-
sus & falsus. Atq; nobis quod quidẽ paulo antea dicebamus
clausis etiam oculis uisa uidentur: atq; apparent.

Imaginationẽ; itẽ nõ eẽ sciã; aut intellectũ sic cognoscim⁹. Quod neq; opinio qdẽ erit imaginatio pbat̃ tripliciter.

¶ Atq; nec ullus habitũ eoꝝ erit: qui ueri sunt semp ut sci-
entia uel intellectus. Est enim & falsa imaginatio nõ solum
uera. ¶ Restat igitur ut perscrutemur si sit opinio. Atq; sit Primo
idem opinio & uera & falsa. Verum opinionẽ quidem sequi
tur fides. Quippe cum fieri nequeat: ut hisce quisq̃ nõ credat
quoꝝ habet opinionẽ. ¶ Bestiarum autẽ fides quidem nulli: Secundo
imaginatio uero cõpluribus inest. ¶ Præterea fides omnem Tertio
opinionem sequit̃. persuasio fidem: ratio persuasionẽ. At ima
ginatio quidem quibusdã beluis inest: ratio autem nullis.

Cor^m Unũ sit ut imaginatio nõ sit semp sensui ɔiuncta. semperue ɔiuncta opinioni aut utriusq; sensus & opinionis connexio.

¶ At uero patet nec opinionẽ esse. Cum sensu: nec opinio-
nem per sensum: nec opinionis sensusue coniunctionẽ & per
ea: quæ dicta sunt: & hac etiã rõne; patet enim si imaginatio
sit opinionis sensusq; cõiunctio: opinionẽ non cuiusuis rei.
Sed eius esse. cuius est etiã sensus. Dico autẽ imaginationem
si sit coniunctio sensus opinionisue: cõiunctionẽ esse opinio
nis albi & sensus eiusdẽ albi: nõ enim erit ex opinione qdem
boni: sensu autem albi. Apparere igitur est opinari rem eã:
quam sentit: & non per accidens.

Qð imaginatio ex opiniõe & sensu nõ sit cõposita pbatur.

¶ At apparent nũq̃ etiã falsa: de quibus simul uerã opinio-

nem habet. Sol enim pedalis quidem apparet: at persuasum est terra ipsum esse longe maiorē: fit igit̄ ut aut suam is opinionem: quā habet uerā abiiciat te modo eodem sese habēte: nō oblitus: nec dissuasus: aut si adhuc illam habeat: eadem sit simul necessario falsa simul & uera. At cōstat opinionē tum euadere falsam: cum res mutata latet.

Imaginatio motus ē a sensu actu in cōi sentiēdi ptāte fact⁹.

Fantasie diffinitio declarat̄.

¶ Neq3 igitur unum est istorꝝ imaginatio neq3 ex his est cōiunctum. ¶ Verum qm̄ fieri pōt ut aliud moueat̄ ab eo ipso: quod motum est. Imaginatio uero motio quædā esse uidet̄ & nō fieri sine sensu. Sed sentientibus: & eorꝝ etiā esse quorꝝ est sensus: fit autem ut motus oriatur a sensu iam actu.

Cor^m Hic pspectū ē fantasiam sine sensu fieri nō posse. s3 eam sensu3 habētibus & sentiētib⁹ accidere.

Primo

Secundo

Cor^m Fit quoq3 vt fantasiaꝝ vera fit aliq̄ & aliq̄ falsa q̄ tripliciter ostenditur.

Tertio

¶ Quē quidē necesse est ipsi sensui similē esse. ¶ Imaginatio motio hæc est profecto: quæ neq3 sine sensu nimitū esse: neq3 cōpetere nō sentientib⁹ pōt: atq3 multa per ipsam id agere patiue pōt: qđ ipsum habet. ¶ Et insuper & uerā & falsam esse. Atq3 id ꝓpterea fit: qđ sensus quidē propriorꝝ est uerus: aut raro ad modū suscipit falsitatē. ¶ At est sensus ei⁹ etiā rei: cui propria sensibilia accidunt ubi iam fit: ut ipse sit falsus. Nam non est falsus. Si album dixerit esse. Sed si albū hoc aut aliud esse. ¶ Est prætetea cōium sensus: quæ qdē pinde atq3 ꝓpriis accidunt quæ sunt per accidens sensibia. Dico āt motū & magnitudinē: quæ ut patet accidūt sensibilib⁹: circa quæ maxime error deceptioq3 fieri sensu pōt. ¶ Mot⁹ igit̄. hisce: q fit a triplici tali sensu. Differentiā ob idipsum nimitum habebit atq3 primus quidē cum operatio sensus adest est uerus. Cæteri uero falsi etiam esse possunt: & præsente: atq3 absente præsertim cum a sensu longe sensibile distat. Si igitur nihil aliud præter imaginationē habeat ea: quæ dicta sunt. Sicq3 idipsm: quod diximus ipsa imaginatio: motus is est ꝑfecto: qui fit a sensu iam operante.

In his trib⁹ ia3 dictis imaginatio seu fantasia a sensu discrepat.

Uñ fantasia nomeē acceperit

¶ Cum autē uisus maxime sit sensus: hinc est q̄ nomē imaginatio ab ipso lumine sumpsit fantasiaq3 dr̄: q̄a sine lumine uisio fieri nequit. ¶ At quia imaginationes immanent. Sensusq3 similes sunt: ideo per ipsas aialia bestiæ inquā atq3 hoīes multa agunt. Illæ: quia mentis sunt ut patet expertes. Homines: q̄a mens pturbatione nōnūq̄ nerbo uel morbo uel somno submergitur. ¶ Sed de imaginatione quidem determina

Quō aialia p fantasiam vario mō suas exercēt operatiōes.

Epilogus.

tum sit hactenus. Satis enim quidnam ipsa sit: & cur sit hisce: quæ iam dicta sunt explicauimus.

¶ Incipit liber tertius Aristotelis de anima.
Tractatus primus.
Capitulum primum.

De anima autẽ ea parte qua cognoscit atq; sapit: siue sit separabilis siue non separabilis: magnitudine: sed ratione. Considerandum deinceps est quã differẽtiam habet: quoq; pacto tandem fit intelligere.

¶ Si igitur ipsum itelligere fit ut sentire: aut pati quoddã erit ab ipso intelligibili: aut aliquid aliud tale.

¶ Vacate igit̃ ipsa passione: sed forma susceptiuã esse oportet: & potentia talẽ. Sed nõ illã esse: & similitudinẽ subire cũ sensu: ut quemadmodũ sese habet ad sensibilia sensus. Sic sese habet ad intelligibilia intellectus.

¶ Quare necesse est ipsum cũ uniuersa intelligat nõ mixtũ esse. Sicut Anaxa. dixit: ut superet atq; uincat: id est ut cognoscat atq; præcipiat. Alienum nanq; cum apperet iuxta prohibet atq; seiungit.

¶ Quo fit ut neq; ulla sit ipsius natura: nisi ea solũ qua possibilis est. Is igitur qui intellectus animæ nũcupat̃. Dico aũt nunc eũ quo ratiocinatur aĩa & existimat: nihil est actu prorsus eorum: quæ sunt antea q̃ intelligat ipse.

¶ Quo circa neq; cum corpore mixtũ ipsum esse cõsentaneum est rationi: qualis enim qdã fieret calidus aut frigidus: & instrm̃ aliquod ipsius esset profecto: sicut est sensus: nunc aũt ipsius nullũ prorsus est instrm̃. ¶ Atq; bene recteq; censent: q formatũ locũ aĩam inquiunt esse. Attamen neq; tota est locus: sed intellectiua neq; est actu: sed potentia formæ.

¶ At qui passionis uacuitatẽ non similem esse sensitiui atq; intellectiui patet in sensuum instrumentis atq; in ipso sensu. Sensus enim ex uehemente sensibili sentire non potest.

1ª ꝯ Cõsiderandũ se offert de pte aĩe q̃ cõtéplamur ꝯsultam⁹ atq; discernim⁹. an a ceteris loco & magnitudine disclusa sit quomõ fiat itelligeř quone pacto ab imaginatione differat.
2ª ꝯ Intellectus ab itelligibiũl patiť.
Cor^m quo fit vt ani m⁹ id ipassibile existat illud võ passibile spẽrũ susceptiuũ & potentia tale q̃lia sũt actu itelligibilia.
3ª ꝯ° Neq; male pbãdũ ẽ. Anaxagore dcm̃ itellectũ eẽ immixtum nullãq; nã spẽm certã determinatã pcipuãq; hẽre.
Cor^m Fit itez vt cũ aĩ itelligẽ nihil eoz actu habeat q̃ itelligit duplicis se pdat esse nature cui⁹ hec agens hec possibilis nuncupari potest.
Cor^m Quo rursus recte euenit vt intellect⁹ non admisceať corpori.
Cor^m Fit quoq; vt recte qdẽ nõnulli dixerũt aĩam locũ spẽrũ nõ totã sʒ itellectiuã q̃ possibilis est & nõ qdẽ actu nã sed potẽtia.
4ª ꝯ° Nõ est sensus & intellectus similis passibilitatis.

Auditus autem nanq non audit sonū post magnos sonos : & uisus nō uidet: neq odoratus non olfacit post uehementes colores atq odores. At intellectus aliquo ualde intelligibili intellecto : non minus sane: sed magis pcipit intelligitq inferiora. Sensitiuum enim non est sine corpore : at intellectus ab eodem est separabilis.

Factus autem unūquodq perinde atq is qui dicitur actu sciens: quod quidem tum accidit cum ipse per seipsum operari potest : est quidem & tunc quodāmodo potentia. Sed nō perinde ut erat antea q̄ didicisset uel inuenisset: atq tunc seipsum etiam intelligere potest.

Cor^m Intellect⁹ cū fuerit i actu (hoc eni nūc est cū p se cōtēplari pōt) seipsū intelligere potest.

Capitulum secundum.

Cum autem aliud sit magnitudo : aliud magnitudinis esse : & aliud aqua: aliud aquæ esse : & in aliis itidem multis: non enim uniuersis hic modus accomodatur. Sed sunt in quibus hæc ipsa sunt eadem non diuersa: aut alia sane: aut parte quidem eadem. Sed aliter sese habentet: at nem & esse carnis discernit. Caro nāq non est sine materia. Sed perinde atq simum: hoc est in hoc.

2° Sensus & itellect⁹ iudicādi virtus altera & altera est.

Sensitiua igitur parte calidum discernit & frigidū : quotum quædam est ratio caro: alia ueto esse earnis discernit aut separabili: aut sese habēte ad seipsam proinde atq sese habet cum extensa fuerit linea flexa.

Rursus in hiis & quæ in abstractione consistunt; eadem esse uidentur: rectum enim se habet ut simum : est enim ipsum cum continuo semper: Quod si quidditas sit diuersa: aliud pfecto esse recti: aliud est ipsum rectum ut ibi. Sit enim dualitas. Quare fit: ut hæc etiā alia uel alio modo sese habente parte discernat. Omnino igitur ut res separabiles sunt a materia: sic sese habente & ea: quæ sunt circa intellectū ipm.

Cor^m Fit ut quomō res seperabiles sint co mō eas cōtēplat itellect⁹ si eni oio ab iuncte sint oio mā a sua cōtēplatiōe reijcit si nō re ipsa neq re ipa seiūctas itelligit sz sola rōne atq cogitatione pcidit.

Questio prima — Dubitabit autem non iniuria quispiam: quonam modo intelliget intellectus : si ipse quidem simplex sit ac passionis expers: nihilq habeat cū ulla re ptorsus cōmune sic Anaxagoras asseruit: intelliget e autē pati quoddam sit ut diximus. Quo nanq quippiam est utrisq cōmune : hoc nimirum alterum agere: alterum pati uidetur.

Questio secunda — Præterea ambiget qspiā: si ipse etiā intelligibilis sit. Nam

aut cæteris rebus inerit intellectus:nisi alia ratione sit ĩtelligi
bilis ipse. Intelligibile autẽ unũ quoddã est specie: aut aliqd
ipe mixtũ habebit:qd ipm ĩtelligibile pinde atq; cætera facit.
¶ At enĩ ipsum pati diuisum est prius una quadã ratiõe cõ- R°. pri-
muni. Atq; intellectus potẽtia quidẽ est quodã modo intelli me.q.
gibilia ipsa:actu uero nihil est eoꝝ antea q̃ ĩtelligat ipe opor
tet ãt in ipo nihil esse pinde atq; ĩ tabula nihil est actu scripta
anteaq̃ in ipsa scribat:hoc eni in ipso fit atq; accidit itellectu.
¶ Est etiã intelligibilis & ipse:ut intelligibilia cuncta: nã in R°. secũ-
hisce quidẽ: quæ sine materia sunt intelligens & id quod in- de.q.
telligit idem est: etenim idem est contemplatiua scientia: &
id:quod ita sub scientiam cadit.

Cãm assignat cur intellectus noster non semp itelligat.

¶ Sed cur nõ semp intelligit cõsiderãda est causa. In iis aũt:
quæ materiã habent unũqdq; intelligibiliũ potẽtia est. Qua
re illis quidẽ nõ inerit intellectus. Nã intellectus taliũ poten
tia sine materia est:ipse autẽ intelligibilis rationẽ subibit.

¶ Capitulum tertium.

Q̃ Intellectus duas act⁹ & potentie obtinet o͂rias.

CVm autẽ in omni natura sint quædã:quoꝝ alterum
quidem unicuiq; generi materies est:qd' id esse patet
qd' est potentia illa cuncta:alterum uero cã est:& effi
ciens:oĩa nimirũ efficiẽdo atq; agendo talẽ subiẽs rationem:
qualẽ ars cõditionẽ ad materiã subit. Necesse est & in anima
differẽtias has easdem inesse.

Intellectus duplex possibilis scilicet & agens.

¶ Atq; qdã est itellect⁹ talis ut oĩa fiat:qdã talis ut oĩa agat
atq; efficiat: qui quidẽ ut habitus est quidã & pinde ac lumẽ.
Nam & lumen colores:qui sunt potentia actu colores quo-
dammodo facit.

Cõditiones intellectus agẽis.

¶ Et is intellectus sepabilis est:& nõ mixtus:passioneq; ua-
cat:cum sit subiecta actus. Semp enim id qd efficit atq; agit p
stabilius est eo qd' patit: & ipsum principium omnino ma

Cõditiões intellect⁹ in actu.

teria. ¶ Scientia autem ea:quæ est actu:est idem quod res.
¶ Ea uero:quæ est potẽtia in uno ptior est tẽpore. Absolu-
te aũt neq; tpe:sed nõ nũc quidẽ intelligit:nũc ãt nõ ĩtelligit.

Generales ipsi⁹ intellect⁹ pprietates.

¶ Sepatus uero id est solum qd est atq; id solum est ĩmortale R°.
perpetuumq;. ¶ Nõ autem recordamur. ¶ Quia hoc qdem

Questio cur post mortẽ nõ reminiscimur.

expers est passionis. Intellectus uero passiuus extinguit: &
sine hoc nihil intelligit. ¶ Capitulum quartum.

Due intellect⁹ operationes.

INdiuisibiliũ igiť itellectio ĩ hisce cõsistit. Circa quæ falsitas nõ est. ¶ At in qbus & falsitas iã & ueritas inest in hisce cõpositio qdã iã est cõceptiuũ intellectus.

...ictarũ ...pationũ ...laratio.

¶ Quasi ipsi sint unũ. Atq; ut Empedo. dixit. Multorꝝ certe capita: admirabile dictu. Ceruicib⁹ siue sunt exortai luminis aura. Illa rũ dulcis post hoc cõcordia iungit. Sic & hæc separata cõponi solent: ut in incõmensutabile & diameter.

¶ Quod si eorꝝ ẽt: q̃ fuerunt uel erunt fit cõpositio: & tps insup itelligiť: atq; addiť: falsitas. n. in cõpositione semp cõsistit: nã si albũ nõ albũ esse dicat: ipm tũ nõ album cõponit: licet autẽ diuisionẽ etiã oĩa dicere: attñ falsitas aut ueritas non solum consistit in hoc cleon est albus. Sed in his etiam cleon erat uel erit albus. Id uero: quod singulos dictos conceptus componit unumq; facit: ipse est intellectus.

Quo pacto indiuisibile actu. diuisibile tñ potentiã itelligať declarat vt p̃ti'''.

...res mo... indiui...bilis.

¶ Cum ãt dupliciter ĩdiuisibile dicať: aut potẽtia: aut actu: nihil ꝓhibet itellectũ: cum longitudinẽ itelligit: indiuisibile intelligere: & in idiuisibile tpe: est. n. indiuisibilis actu: & tps pinde: atq; longitudo diuisibile ac idiuisibile est non igiť dici potest: quid in utroq; tpis dimidio intelligebat: nõ est enim si non diuisio fiat: nisi potẽtia. At cum utrũq; seorsum intelligit: diuidit simul & tps: atq; tunc ut longitudines illa itelligit. Quod si longitudinẽ ut ex uetisq; cõstantẽ intelligat: in eo quoq; tpe nimirꝝ ipsam intelligit: qđ ex utrisq; pari modo temporibus constat atq; componitur.

Quomõ diuisibile secũdũ q̃ntatẽ: scđm formã vo indiuisibile intelligať vt hõ.

¶ Quod uero nõ quãtitate: sed forma est indiuisibile id indiuisibile tpe & aĩe indiuisibili percipit atq; ĩtelligit per accidens autem; & non hoc sane: quo illa diuisibilia sunt: id quo intelligit & tempus: in quo intelligit. Sed hoc quo indiuisibilia sunt. inest enim & in his indiuisibile quoddã: at fortasse non sepatabile: quod quidẽ unum tam tempus ipsum q̃ ipsam longitudinem facit: atq; id in omni sane cõtinuo & tempore & longitudine similiter inest.

Qualiter simplr indiuisibile vt pũctus intelligatur.

¶ Punctũ ãr omnisq; diuisio: & id qđ est sic idiuisibile pinde atq; ptiuatio cognosciť manifestũq; euadit. Similis cẽ uidetur: & in aliis rõ. Hoc. n. mõ malũ cognoscit: atq; etiã nigrũ: cõtratio nãq; quodãmõ cognoscit. ¶ Id autẽ qđ cognoscit: potentia nimirum esse: & in ipso potentiam inesse oporret.

Cor''' Quo fit vt intellectus noster potẽtia si cognoscens.

Quod si causa℞ alicui nullū sit omnino cōtrariū: illa seipsam profecto cognoscit: & est actus & etiā separabilis.

Dua℞ itellect⁹ operationū adinuicē cōparatio.

¶ Est āt dictio qdē qppiā de quopiā: quēadmodū affirmatio. Atq; ois est uera uel falsa. At intellectus nō ois. Sed q est ipsius qd est ad formā accomodati est uerus: & nō qppiā de quopiā dicit. Sed ut uisio ꝓprii ipsius est uera. Si uero albū hoiem eē dicat: nō semp ē uera. Sic sese hn̄t ea: q̄ sine mā sūt.

Resumit epilogando superius dicta.

¶ Sciētia aūt ea: quæ est actu: est idē qd̄ res: ea uero quæ est potentia: in uno prior est tpe. Simpliciter āt neq; tpe. Sunt enim uniuersa quæ fiunt: ex eo: quod actu est.

¶ Capitulum quintum.

Decem sensus itellectus cōuenientie atq; cōparationes.

SEnsibile āt ad actū ex potētia sensitiuū ip̄m deducere actuq; uidet̄ efficere. ¶ Nō. n. patit̄ ac alterat̄. Quapropter alia q̄dā est hæc spēs mot⁹. Nā motus actus est imperfecti: at actus simpl'r qui qdē est rei pfectæ: alius est oīno diuersusq; ab illo. ¶ Sentire igit̄ ipsi dicere solū ac itelligere sil'e est. ¶ Cū āt sensus iocūdū aut molestū discernit: q̄si affirmauerit aut negauerit. Tum persequitur aut fugit. Prima Secūda Tertia Quarta

¶ Atq; delectari aut dolere: ē operari ipsa medietate sensus ad bonū aut ad malū ut talia sunt: & fuga & appetitus: q est actu hoc sunt. ¶ Et nō aliud ē appetitiuū: aliud fugitiuū: nec alia sunt ista a sensitiuo: q̄q̄ ipso℞ rō nō est eadē sed diuersa. Quinta Sexta

¶ Aīæ āt quæ est principiū est rōcinādi ipsa fantasmata perinde atq; sensibilia sensui ipsi subiicit̄: atq; cū bonū aut malū esse dicit affirmādo: aut negādo tū fugit aut ꝑsequit̄. Quapropter ipsa aīa sine fantasmate nunq̄ intelligit. Septima

¶ Fit āt & hic pinde ut ibi: nā aer qdē pupillā talē efficit: ipsa āt aliud & audit⁹ sil'i mō: ip̄m uero ultimū unū qdē est: & medietas una: & ipsi⁹ plures sunt rōnes. quo uero diiudicat atq; discernit calidū a dulci differre: deinde & pri⁹ ē & nūc ēt est dicendū. est enim unū quid ip̄m: & ita unū ut terminus. Octaua

¶ Atq; hæc ipsa unū sunt aut similitudinē rōnis: aut numero quē hn̄t ad utrūq;: ut illa iter sese hn̄t. Quid enim iterest: si quonā pacto discernit aut ea: quæ sub eodē genere collocātur: aut cōtraria dubitemus ut albū ac nigrū. Si igitur ut est. A. qd̄ est album ad. B. qd̄ est nigrum sit. C. ad. D. quate mutato ordine cōparationē etiā eorūdē uere facere licet. Si igi-

tur.C.D.sint unū:ipsa profecto sese habebunt pīinde atq. A.B.ut sint idem & unum:non eandem autem habeant rationem & illa simili modo:eadē etir omnino ratio:& si.A. quidem sit dulce.B.uero album.

Album	dulce
A	C
B	D
Nigrum	Amarum.

Nona ℂ Intellectiuū igit ipas formas ī fantasmatib⁹ ipsis itelligit.

ℂ Et ut in illis ipsi definitū est id qd' fugiendū est uel sequēdum:sic & sine sensu cum ī fantasmatib⁹ est mouet:sentiens enim signū face datum ignē esse,uidensq ipm cōi sensu agitari motu cognoscit hostē accidere.at nōnūq̄ hisce:quæ sunt in aia fantasmatibus:aut mentis cōceptibus quasi uidens ad ea:quæ sunt pñtia ratiocinat atq deliberat de futuris.

ℂ Et cum dixerit hic ut ibi rem:eā eē quæ uoluptatē aut do

Decima lorē affert:tū fugit aut psequit. ¶ Et oino aliqd agit:ipm ēt uerū ac falsum:q̄ sine actione sunt:ī eodē genere sunt:in quo sunt bonū ac malū:sed absoluti differunt atq cuiuspiā rōne.

ℂ At uero res eas:q̄ uocitāt ob abstractionē abstractæ:hoc pacto iteligit:nā ut si qspiā simitatē ñ ut est simitas quo qdē pacto pcipi separata nō pōt. Sed ut cōcauitas est itelligeret actu:sine ea cum ipsam itelligeret carne in qua cōcauitas est. Que sensus & intellectus differentie.

Secunda ℂ Sic cū res itelligit mathematicas:tū separatas ipsas ut separatas itelligit. ¶ Oino āt is intellectus:q actu intelligit:res ipsæ est uti diximus. ¶ Si uero fieri possit ut aliquā ipse non separatus a magnitudine separatarum rerū itelligat necne. considerandum est postea. ℂ Capitulum sextum.

Utrum itellectus (q nō oio separat⁹ est) aliqd intelligat earum formarum q oino a mā cōsortio immunes sūt & absolute alius & alio loco futur⁹ suo 1ª ꝯ Aia quodāmō omnia est.

NVnc autē ea:quæ de aia dicta sunt:quasi ad quædam capita redigentes:rursus dicam⁹ aiam ipsam ea uniuersa quodāmodo esse:quæ sunt:nam ea quæ sunt: aut intelligibilia sunt:aut sensibilia sunt:atq scientia qdē est res ea quodāmodo:quæ sub ipsam scientiam cadunt:sensus autem ipsæ sensibiles.

1ª pbatio ℂ Verum quo pacto id ita est quæratur oportet.Scinditur igitur in ipsas res sciētia atq sensus:Is quidē qui est potētia

in res potentia tales:is uero : qui est actu in actu similiter ta-
les:& scientia pari modo:sensitiunm autē aīæ & id quod sciē
tis affici pōt:hæc potētia sunt:hoc qdem id quod sub sciētiā
cadit:illud uero sensibile. ¶ At qui necesse est:aut res ipas aut 2ª ꝓbatio
formas in anima esse. At non sunt in ea res ipsæ profecto.

Cor^m Quo fit vt aīa sicut manus habeat

Nou enim ipse lapis in anima:sed forma lapidis inest. Qua
re aīa est ut manus:manus enī instrorum est instrm & intel-
lectus formaꝝ est forma : & sensus itidē sensibilium forma.

2ª ꝯ Reꝝ sensibiliū ꝙ sine magnitudi ne nō ꝑcipiunt: sensibiles spēs a mā separate intelligibilia sunt.

C Cum autē nulla res sit ꝑter magnitudines separata : ut ui
detur res ipsæ sensibiles:in ipsis profecto sensibilib⁹ formis:
ipsæ sunt itelligibiles formæ:tum caꝝ rerum:quæ abstracte
uocant:tum eoꝝ etiam sensibilium quæ sunt habitus atq; af
fectus:iccirco & qui nō sentit nihil discere uel intelligere po
test : & qui contemplatur necesse est una cum fantasmate cō
tēplet. ¶ Ipsa nāq; fantasmata uelut sensibilia sunt attamen Fātasmata sūt sicut sensibilia.

Separat ipꝫ fantasma ab itellectu: & primo cōpositorū secū do ab intellectu simplicium.

sine materia. ¶ Est autē aliud fantasia ab affirmatiōe negatio
neue:ueꝝ enī uel falsum cōplexio est cōceptū itellect⁹. ¶ At
mētis primi cōcept⁹ quo qso differēt:ut nō fantasmata sint.
At ne q; cæteri sunt fantasmata:nō tñ sine fantasmatib⁹ sunt.

C Tractatus secundus. C Capitulum primū.

1ª ꝯ Nūc de mouendi potentia determinādi se aptius offert locus.

CVm autē aīalium aīa hisce duobus sit diffi
nita:discernēdi inquā potentia quod qui-
dem est opus officiumq; mentis atq; etiā
sensus & insup etiā mouendi motu ad lo-
cum accomodato potētia:de sensu quidē
& intellectu hæc sint determinata ac per-
tractata. ¶ Deinceps āt de eo:qđ mouet:

Questio vtrū principiū motiuum sit aīe pars an tota anima.

quidnā sit ipsius aīæ consideremus oportet:utrum una quæ
dam ipsius sit pars separabilis magnitudine uel rōne:an ipa
anima tota:& si pars sit aliqua:utrum sit alia quædā ꝓpria ꝑ
ter eas:quæ dici solēt & eas:quas diximus:an istaꝝ aliq̄ una.

Potētiaꝝ distinctio secundū antiquos.

C Atq; hic existit cōtinuo dubitatio:dubitabitq; nō iniuria
quispiam quonam partes animæ & quod oporteat dicere.
nam infinite quodammodo & non hæ solum esse uidentur
quas diuidendo qdā dixerunt rōnis iquā participes & irascē
di accupiēdi pricipiū:uelut alii rationis particeps & ratio-

Illaꝝ distinctionuꝫ cōfutatio prima.

nis expers. ¶ Per differētias.n.quibus hasce diuidūt & sepa-

rant partes & aliæ partes esse uident: quæ maiorē inter sese
q̄ dictæ distātiā hn̄t: uegetatiua inquā quæ q̄dē & plantis &
uniuersis aīalibus inest & sensitiua quā nec ut rōnis expertē
nec ut eiusdē participē quisq̄ facile ponet. ¶ Præterea imagi Confutacio secunda
natiua: quæ ratione quidem ab omnibus est diuersa.

¶ Cui uero sit iungenda ut sit idē qđ illa: aut aqua est seiun
genda ut sit alia ab illa: magnā dubitationē hēt ꝑfecto: si q̄s
seiunctas aīæ partes separatasq̄ ponat. ¶ Insup appetitiua:
quæ & rōnæ & ui alia diuersaq̄ sine dubio ab uniuersis eē ui- Confutacio tertia
detur: absurdū aūt est hāc a cæteris diuellere partibus: fit. n.
& in participe rationis uoluntas: & in ratione uacante cupi-
ditas atq̄ ira. Quod si tres in partes diuiditur anima in una
quaq̄ profecto partium inerit appetitus.

¶ Sed ut redeamus unde digressi sumus: q̄d est id quod mo
uent ipm: an aīal loco: quo de nūc disputatio nostra est insti- Cōfutacio quarta
tuta: motu nāq̄ eo: quo incremēta decremētaq̄ suscipiunt:
qui q̄dē oībus aīantibꝰ iest: id mouere sane uidet: qđ uniuer-
sis inest eisdē principiū inquā generādi ac nutriēdi: de respi-
ratione aūt expiratiōe ue & somno atq̄ uigilia posterius cōsi
derate oportet: uam & hæc ipa magnam dubitationem dif
ficultatemq̄ habent.

¶ Nūc est de motu ad locū accomodato cōsiderandū: quid
nā id tandē sit qđ ipm aīal motu mouet progrediendi: patet 2ª ꝯ Uegetatiua vir tus aīal non mouet.
1ª ꝓbatio itaq̄ nō eē ipsam potētiā nutriendi. ¶ Nā alicuius grā semp
hic motus efficit: estq̄ cū imaginatione uel appetitu nihil. n.
non appetens aut fugiens hoc motu cietur: nisi forsitan ui.
2ª ꝓbatio ¶ Præterea plantæ quoq̄ tali cierent ꝑfecto motu partēq̄
aliquam ad hunc motum ut instrumentum habere.

¶ Pari mō nec ipm sentiēdi uim motus huiusce principiū 3ª ꝯ Sensualis vir
esse cōstat: sunt. n. aīaliū multa: quæ sensum q̄dē hn̄t manent tus aīal nō mouet.
Caussa Rº. tñ & semp imobilia sūt. ¶ Quod si natura nihil facit frustra:
neq̄ necessariorū q̄cq̄ omittit nisi in aīalibus mēbris captis
ac iperfectis atq̄ aīaliū hæc & ꝑfecta sunt & nō mēbris capta:
Probat quantum ad intellectū speculatiuum. cuiꝰ id iudiciū ē & generāt. n. & statū decremētaq̄ suscipiūt
haberent & eas ipsa ꝑfecto ptes: quæ ꝓgrediēdi sunt instra.
¶ At uero neq̄ rōcinandi uis & id qđ est itellectus appellat 4ª ꝯ Motꝰ a vtute
principiū est mouēdi. ¶ Intellectus. n. cōtēplatiuus nihil eo itellectiua ñ ꝑficiscit.

rum: quæ sub actionē cadūt cōtēplatᷣ: neq̧ dicit quicq̄ oino si
sit fugiendū an ꝑsequēdū. At mot⁹ sēꝑ aut fugiētis aut per
sequētis ꝗppiā ē. Actiu⁹ ēt cū rē aliquā huiuscemodi cōtēpla
turᷣ: ide iā fugerᷣ: aut ꝑseq̄ iubet: attñ si res illa terribilis sit: cor
ipm̄ mouetᷣ: sin afficiēs uoluptate: ps aliq̄ alia corpis agitatᷣ.

Pbat qntū ad itelle ctum practicum du pliciter.

¶ Præterea intellectus nōnunq̄ iubet: rōq̧ fugere aliqd aut — Primo
ꝑsequi dicit: at nō obtēperat hō neq̧ mouetᷣ: sed agit cupidi-
tate: ut in ipso fieri solet in cōtinēte. ¶ Oino āt ꝑsæpe fieri ui — Secundo
demus: ut nō medeatᷣ hisce: qui medicinā hñt: nec hisce cōfi-
ciat statuam: qui statuariā habet artem propterea ꝙ non ars
ipsa neq̧ scientia. Sed aliquid aliud hanc habet uim & poten
tiam ipsam artem aliquid: scientiamq̧ agatur.

5ª ꝯº Uirtus appetitiua motiua nō ē.

¶ At uero nec appetit⁹ auctor atq̧ particeps huius est mo
tionis: cōtinentes. n. q̄q̄ appetūt atq̧ cupiunt: nō tamē agūt
ea quæ cupiunt: sed itellectū ipm̄ sequūtᷣ tōn iq̧ obtēperāt e.

¶ Capitulum secundum.

1ª ꝯº Hec duo itellect⁹ ⁊ appetitus aial ipm̄ mouent.

Videntᷣ igitᷣ duo hæc eē mouētia uel appetit⁹ uel itellē
ctus. ¶ Si qs imaginationē ut quādā itellectionē eē — Sub itellectu fantasiam ⁊ imaginationē comprehendimus.
ponat, nā & hoīes magis imaginationē q̄ scientiam
plerūq̧ sequuntᷣ: & in cæteris aīalib⁹ nō itellection eq̧ rō: sed
imaginatio inest. Hæc igitᷣ ambo itellectus & appetitus mo
uendi motu dicto principia sunt.

Dr̄ia iter speculatiuum ⁊ practicū itellectum.

¶ Intellect⁹ is inquā: qui alicui⁹ grā rōcinatᷣ: qq̧ principiū
est agendi. atq̧ hic fine ab itellectu cōtēplatiuo differt: appe-
titus ēt oīs alicui⁹ est grā: cui⁹. n. est appetitio id est principiū
itellect⁹ actiui at ipm̄ ultimū principiū est actionis: q̄re nō si-
ne rōne pricipia mouēdi uidentᷣ hæc eē duo appetitus inquā

2ª ꝯº Intellect⁹ ⁊ appetit⁹ vt vnum mouens mouent.

& mens ea: quæ principiū est agēdi. ¶ Ipm̄. n. appetibile mo
uet: & ꝑpterea mens mouet qđ appetibile ipsi⁹ pricipiū est.
¶ Imaginatio quoq̧ cū mouet nō absq̧ appetitiōe mouet.
Vnū igitᷣ est id: qđ mouet ipm̄ iquā appetitiuū: nā si duo in-
tellectus atq̧ appetit⁹ mouerēt per aliquā cōem utiq̧ formā
mouerē: nūc aūt itellect⁹ qdē nō uidetᷣ absq̧ appetitu moue-
ri: uoluntas enim appetit⁹ est qdā: atq̧ cū fit motus: per rōnē
& etiā per uoluntatē fit: Appetitus autē absq̧ rōne mouet.

3ª ꝯº Nō oē bonū appetitū mouet. ad aīal mouendum.

Cupiditas enim & ipsa quidam est appetitus.
¶ Intellectus igitᷣ rectus est oīs: at appetit⁹ atq̧ imaginatio

& recta est & non recta. Quo circa semp qdē ipm appetibile mouet. hoc aūt est: aut uere bonū: aut apparens bonū: at tū nō omne bonū mouet: sed id qđ sub actionē cadit: sub actionem autem cadit: quod aliter sese habere etiam potest.

¶ Patet igit̃ talē aīæ uim atq; potētia principiū esse mouēdi: quæ qdē est ea: quā appetitū cōsueuimus appellare. ¶ Cōstat eos oportere: qui partes aīæ diuidunt. Si mō potentias ipsas diuidant atq; separēt: cōplures ipsas eē cōcedere nutriendi principiū sentiēdi itelligendi deliberandi & appetendi: hæc. n. plus iter sese differūt: q̄ potētia cupiendi: ac irascendi.

Corᵐ Hinc fit uō eq̄ fuisse dinoscatur tripartita aīe diuisio i cōcupiscibilē irascibilē & rōnalē.

Questio ¶ Cū āt appetitiones iter sese cōtrariæ fiant. Quod qdē tū fit: cū rō cupiditasq; contrariæ sunt. ¶ Idq; fieri solet in hisce: quæ sentiūt atq; pcipiūt tps: mēs. n. ob futurū: rettahere iubet. Cupiditas uero p̄sens ipm persequit̃: nam qđ iam afficit uoluptate id & simpliciter afficere uoluptate: & absolute bonum esse uidetur ex eo sane quia futurum non perspicitur.

Rº.

Corᵐ Quo fit ut hec appetituū dissensio his solis aiantib⁹ accidat q̄ itellectū habent, & temporu₃ discretionem.

¶ Specie qdē unū id est pfecto qđ mouet appetitiuū iquā ut appetitiuū est atq; appetibile oīum est mouentiū primū. Hoc. n. mouet & nō mouet̃ mēte at imaginatione pceptū: numero uero plura sunt ea: quæ mouent. ¶ At uero cū tria sint in aīaliū motu: unū id qđ mouet. Secūdū id quo mouet: & tertiū id qđ mouet̃: atq; id qđ mouet fit duplex: nā aliud est imobile: aliud mouet atq; mouet̃: imobile qdē id bonū ē: qđ sub actionē cadit: id uero qđ mouet atq; mouet̃ est ipm principiū appetēdi: mouet̃. n. id qđ appetit ea rōne qua appetit. Et appetitio est motus quidā uel operatio. Id autē qđ mouet̃ est aīal ipm: at quo mouet appetitus ut istrō. Id iam corpori tribuēdū est. Quo circa de ipso tūc est cōtēplādū: cū de cōibus aīæ corporisue operib⁹ atq; officiis cōtēplabimur.

4ª 2º Unu₃ est specie mouens qđ non mouet̃ & unū specie qđ mouet & mouet̃.

Corᵐ Hinc fit ut ad parādū motū q̄tuor regrant̃ mouēs duplex imobile ut bonū. mobile ut appetitiuū qđ mouet̃ ut aīal & quo mouetur ut sensibile & corporeū organum.

¶ Nunc ut in summa dicamus id: qđ mouet ut istr̃m: ibi est collocandū ubi idē principii rōnē finisue subit: ut in cardine fit. Hic enim cōuexū & cōcauū est: quoꝝ alterū finis: alterū principiū est. Quapp alteꝝ qescit alteꝝ mouet̃. Sunt rōne quidem diuersa. Magnitudine uero nō separantur uniuersa nāq; pulsu tractuq; mouent̃. Iccirco oportet perinde atq; in circulo aliquid manere: & hinc incipere motum.

De organo & instrumēto quo scilicet appetit⁹ utit̃ at motu₃ pgressiuum.

¶ Omnino igit̃ uti diximus; hoc suiipsius motiuū est aīal:

Resumit pncipiū motiuū aialis.

quo est appetitiuũ. At appetitiuũ sine imaginatione nõ est:
omnis autẽ imaginatio aut rõnis est particeps: aut est sensi-
tiua; atq; huius & beluæ particeps sunt. ¶ At.n. cõsiderãdũ
est etiã; qd nã sit id: qd̾ iperfecta aĩalia motu ciet; qb⁹ sensus
inest tm̃ mõ tactus: atq; iuestigandũ est: si his etiã ĩsit imagi-
natio cupiditasue necne. ¶ Et.n. dolor atq; uoluptas his iesse R°.
uidet̃. Quod si hæc ĩsunt: & cupiditatẽ necesse est eisdẽ iesse.
At quonã pacto his imaginatio ĩ est. An asserendũ ẽ ut uide
tur hæc & in his inesse imaginationẽ inquã atq; cupiditatẽ:
uerũ ut ĩdeterminate mouent̃ sic & hæc ipsis ĩsunt ĩdefinite.

Questio a quo iperfecta aĩalia musce & vermes (qbus abest fantasia) mouentur.

¶ Imaginatio igitur sensitiua rõne etiã in exptib⁹ uti dixi-
mus aĩalib⁹ inest. At deliberatiua his ĩest tm̃: in qb⁹ rõ ĩest: nã
utrũ hoc agat an hoc. ¶ Rõnis iã opus atq; officiũ est. Atq; R°.
necesse est uno quodã metiri. Maius.n. psequit̃. quare potest
unũ ex plurib⁹ fantasmatib⁹ facere. & hæc est cã sane: cur nõ
oĩs imaginatio uidetur opinionẽ habere; quia eam quæ est
ex rõcinatione nõ hẽt: at hæc illã nimiũ hẽt. Quapp delibe-
ratiuũ appetitus nõ hẽt. Vincit ãt interdũ appetit⁹: mouetq;
uoluntatẽ: interdũ hæc illũ: appetit⁹ inquã appetitũ ut spæra.
cum in cõtinentia fit atq; semp superior magis est princeps
mouetq; natura quo fit ut tres iam motus efficiantur.

Questio cur imaginacio sensualis cete ris aĩantib⁹ q̃ se mouẽt insit. hoĩnib⁹ vo & sensualis & rõnalis q̃ harũ an sensualis an rationalis mouet in hoĩne.

¶ Ea uero rõ. cui sciẽtiæ tribuunt̃ nõ mouet: sed manet; cũ
aũt extimationũ ac rõnũ q; alia sit uniuersalis: alia singularis:
illa nãq; dicit oẽ bonũ honorib⁹ esse afficiẽdũ: hæc uero dicit
aut me bonũ eẽ. ¶ Hæc iã opinio mouet: nõ illa uniuersalis: R°.
quin poti⁹ ambæ mouent: at illa qescens magis: hæc aũt nõ
quiescens.

Questio cũ duplex sit apphẽsio hec vniuersalis hec vo particularis q̃ haꝝ motũ imperat.

¶ Capitulum tertium.

Necesse est igit̃ oẽ; qd̾ uiuit aĩam q; hẽt nutriẽdi uim
hr̃e ab ortu generationeue usq; ad iteritũ corruptio
nẽue suã: necesse est eni oẽ qd est ortũ accretionẽ &
statũ & decretionẽ hr̃e: quæ qdẽ ut patet sine nutritione fie-
ri neqũnt: necesse est igit̃; uniuersis his; quæ accrescunt atq;
decrescunt inesse potentiam nutriendi.

1ª ꝯ° Quicqd viuit. a gñatiõis inicio ad suũ vsq; obitũ interitũq; vegetatricem aĩam reperire necesse est.

¶ At nõ in oĩbus uiuentib⁹ necesse est sensum esse. Etenim
ea possunt tactũ hr̃e; quoꝝ corpus est simplex: quæ nõ sine
materia formarũ sunt susceptiua; neq; fieri põt ut sine hoc
sensu aĩaliũ qcq̃ in rerũ sit rõne. ¶ Aĩal aũt necesse est sensum

2ª ꝯ° Nõ oĩb⁹ viuẽtib⁹ ꝓsto adesse sensum necesse est.

habere:si nihil facit frustra natura:nam uniuersa quæ natura cõficiunẽ grã sunt alicuius:aut sunt casus eorꝝ : quæ alicuius causa fiunt. Si igiẽ corpus qđ haber uim gradiẽdi nõ hr̃t sensum. Corũpeẽ sane : & nõ ad suum ꝓficisceretẽ pueniretq; finem:quem quidẽ opus esse nature constat. Quo nãq; pacto nutrieẽ ĩmobilibus.n.adest nutrimẽtum eo in loco:ubi sunt orta:quo nutri possunt suapte natura.

3ª ꝯº Oẽ aial sensũ habet.

¶ Fetri autem nequit.ut corporꝝ quicq̃ mobile atq; ortum aiam quidẽ habeat discernẽtẽq; mẽtẽ. Sensu autẽ uacet. Cur enĩ nõ habebit : aut enĩ aiæ aut corpori idipsum melius erit: at neutri uideẽ melius esse : illa nãq; ob hoc non ĩtelliget,magis. Illud aurem non ob idipsum magis petsistet.

Remouet cauillaz.

¶ At uero neq; corpus quicq̃ ĩgenitum aiatum sensum habere necesse est : nullum igiẽ uti dixiuus nõ ĩmobile corpus hẽt aiam absq; sensu. ¶ Atq si sensum hẽt:necesse est ipm uel simplex corpus uel mixtũ esse:sed fieri nõ põt ut sit simplex: non enim habebit tactum : at hunc sensum inesse necesse est.

4ª ꝯº Aialis corp⁹ simplex esse impossibile est.

¶ Quod quidẽ ex hisce pspicuum euadere põt : nã cum aial oẽ corpus sit aiatum:corpusq; oẽ tangibile sit. Tãgibile autẽ sit id:qđ est sensibile tactu:necesse est & aialis corpus uim habeat sentiẽdi tãgẽdo:si debeat ipm aial cõseruari. Cæteri nãq; sensus per alia quædã externa sentiunt. Odoratus inquã uisus ac auditus. Tangens autẽ nisi sensum habeat:nõ poterit alia qdem fugere:alia autẽ capere. Quod si ita sit fieri nõ potest:ut ipsum aial conseruetur. ¶ Quapropter & ipse gustus quasi tactus est quidã. Est enim alimenti sensus. At alimentum corpus:est quod tactu percipitur.

5ª ꝯº tactus maxime aiali necessari⁹ est.

Cor.ᵐ Hinc fit vt gustus quodãmõ aiali sit necessarius.

¶ Sonus autem & color & odor non nutriunt:nec accretionem decretiõem ue faciunt.quare necesse est ipsum gustatũ tactum quendam esse:quia rei tangibilis ac nutritiue est sensus:hi igiẽ sensus necessarii sunt aiali : atq; perspicuum est fieri non posse ut sit aial absq; tactu. At cæteri sensus boni sunt grã & definito iam generi non cuiuis aialium sine ullo discrimine. Sed cuidam ut gradiendi necesse est ĩsint:nã si cõseruari debeat:non solũ tãgẽdo:sed emin⁹ ẽt sentire ipm oportet.

6ª ꝯº Visus audit⁹ & odorandi sensus nõ sunt vt tactus necessarij.

¶ Quod quidẽ erit si per extremum sentire medium possit hoc pacto ut a sensibili quidem medium:ab hoc autem ipm

Quo pacto animalia eminus sentiant vt videãt audiant odorent declarat.

patiat̃ ac moueat̃. ¶ Nã ut in motu ad locũ accomodato fie- ti solet:cũ p multa efficit̃:primũ nãq; mouens pellit sensum pellendoq; facit ut illud pellat id: quod deinceps post illud est collocatum:fitq; hoc pacto motus per mediũ:atq; primũ quidẽ pellit & nõ pellitur. Vltimum autẽ pellit̃ & nõ pellit. Mediũ uero pellit̃ atq; pellit:& interdum pluta sunt media: iterdũ pauciora. ¶ Sic & i alteratione fieri solet hoc excepto duntaxat id inqua: qđ alterat eodẽ in loco manere: ueluti si quispiã in cetã tinxerit usq; ad id mota est usq; quo tinxit: la- pis autẽ non mouet̃:at aqua ad distantiã longã. Aer autẽ ad longiorẽ mouet̃ atq; agit & patit̃: si maneat fitq; unus & nõ diuisus. ¶ Quapropter & de reflexione melius est aerẽ a fi- gura coloreq; pati:quousq; fit unus:est aũt unus in ip so leui: qui ægredientẽ uisionẽ frangi atq; reflecti censere. Quo cir- ca cursus hic mouet uisum:perinde atq; signũ. Quod in cerã imprimitur transmitteretur usq; ad finem.

Declarat p simile i alteratiõe

Platonem latenter taxat qvolunt(dum videm⁹) radios ab oculis egredi opor- tere.qz colore z figu ra passi. z densitate repercussi ad ipsum oculũ iterũ redeant. 1ª ꝯ aialis corpus simplex impossibile est esse.

¶ Capitulum quartum.

AD qui pspicuũ est fieri nõ posse corpus aialis sit sim- plex igneũ iquã aut aqueũ aut aereum:nã nullus ali- us sensus absq; tactu haberi põt. Corpus enim aialis oĩs:ut dictũ est uim habet sentiẽdi tangendo:cætera aũt ælẽ- menta pter terrã istã sensus fieri pñt:atq; oẽ tale p aliud sen- tiendo sensum nimitũ efficit:& p media:at tactus i tangẽdo sensibilia sua cõsistit. Quapp & hoc noĩe nũcupat̃:atq; tãetsi cæteta quoq; sensũ istã tactu sentiunt tñ p aliud mediũ sen tiunt:at ipse tactus p seipm solus sentire uidet̃. Quib⁹ efficit̃: ut nullũ taliũ ælemẽtoꝝ corpus sit aialis:at uero neq; terreũ esse põt. Tactus.n.ueluti medioctitas est oĩum tangibiliũ & instrm ip sius nõ mõ terræ differentias est susceptiuũ. Sed ẽt calidi frigidiq; cetetorũq; oĩum tangibiliũ. ¶ Et iõ neq; ossi- bus neq; pilis neq; talibus partibus ullis oĩno sentimus:quia terrea sunt. hinc & plantæ oĩum sensũ sunt ut patet exper- tes:quia & ip sæ terreæ sunt:absq; tactu fieri nõ põt: ut alius quisq̃ sit sensus:huius aũt instrm sensus neq; terra est neq; æ- terotum ullius ælementorum.

Cũ tactus nomen sit sortitus.

Cur ossa pili z plan- te non sentiant.

¶ Hæc cum ita sint:patet aialia necessario mori:cum hoc so lo sensu tactus priuant̃:neq; eni fieri põt ut hunc sensum nõ

2ª ꝯ Aialia tactu pri uata mori necesse ẽ.

aial habeat: neq; si aial est aliũ sensum pter hunc habere necesse est. ¶ Et ppterea fit ut cætera quidẽ sensibilia nõ corrumpant suis exupationibus aial: color inquã sonus & odor. sed ipsa tm̃ sensuum istr̃a: nisi per accidens. ¶ Vt si simul cum sono pulsio actusq; fiat: & si a rebus quæ uident atq; ab olentibus alia moueant: quæ tactu corrũpunt; sapor etiã hoc sane corrũpit: quo simul accidit ipsum tangibile esse; exupatiões aũt tãgibilium ut calidorum frigidorꝝ & huiusmodi ipsum interficiant atq; interimant animal.

Probatõ pme ptis

Corm̃ ¶ Hinc fit vt excellẽtie sensibilium aliorꝝ sensuũ. non aial corrũpãt sed solũ sensuũ nisi per accidens. excellẽtie võ tangibiliũ & tactum & ipm aial per se corrumpunt.

¶ Exupatio enim sensibilis cuiusuis sensus destruit istrumẽtũ atq; deuastat; quare & tangibile exuperãs ipsum destruit tactum: at hoc sensu difinitiũ est animal: sine nãq; tactu fieri nõ posse ut' sit aial demõstrauimus. Quamobrẽ exuperationes eorꝝ quæ tactu pcipiunt: nõ solum instr̃m ipsius sensus: uerumetiã aial ipsum iterimunt atq; corrũpunt: quia necesse est aial hunc solum habere. ¶ Cæteros autẽ sensus aial habet: non ut sit; sed ut bene sit ut antea diximus. Visum enim habet ut uideat. Quoniã & in aere & in aqua & oĩno in pspicuo degit. Gustum aũt ob id: quod uoluptate afficit: aut dolore: ut in alimento ea sentiat & cupiat ac moueantur; & auditum ut aliquid significetur: linguam prætetea; ut ipsum aliquid alii per ipsam significet.

Probatõ scõe ptis

3ª ꝯ Solus tactus aiali' adesse necessari9 est alij vero propter bene esse.

FINIS.

¶ Errata sunt quædã in secundi atq; tertii libri de aia titulo: ubi primus liber de aia pro secũdo atq; tertio. Impssum est.

¶ Impressum Venetiis per Iacobum de Pentio de Leuco, x. Kl. nouembris.

Ad lectorem Epy̆grāma. In nouam Aristotelis librorum de anima translationem.

Maneus Aristoteles/ueteris quoq; sordidus author.
Barbarie: paucis ante legendus erat.
At studio genitus graiia de gente Ioannes.
Restituit priscis barbara uerba sonis.
Nescio sed grates Volfgango quo uenerando.
Presoluit dignas/nostra iuuenta modo.
Consulat ut multis fert qui nobile doctis.
Ingeniis præsens imprimeretur opus.
Et sua tu passim monumenta in margine cernes.
Inuenietq; tuus quæ uolet hic animus.
Si te igitur pernosse iuuat doctissime lector.
Altiloqui Sophiæ dogmata celsa uiri.
Nox age clara cohors: emitur qui munere paruo.
In manibus frequens sit liber iste tuis.